Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



452

gnum ignis. Ubi est
fletus et stridor den
tium. Intellexistis
hec omnia. Dicit
ei. Etiam. Sic illi
Idem omnis scriba do
ctus in regno celo
similis est homini
patrifamilias qui
profert de thesauro suo
nova et vetera. Et
factum est cum consum
masset Iesus parabolas
has transiit inde. Et venit
in patriam suam docebat
eos in synagogis eorum
ita ut mirarentur et dicerent
unde huic sapientia hec
et virtutes. Nonne hic est
fabri filius. Nonne mater
eius dicitur Maria et fratres
eius Iacobus et Joseph et Simon
et Judas. Nonne omnes sorores
eius apud nos sunt. Unde ergo
huic hec omnia. Et scandalizabantur
in eo. Dixit autem eis Jesus
quia non est propheta sine honore
nisi in patria sua et in domo sua.
Et non fecit ibi multas virtutes
propter incredulitatem eorum.
In illo tempore. Dixit Jesus
discipulis suis. Simile est regnum celorum
decem virginibus que accepe
runt lampades suas. Et
exierunt obviam sponso et sponse.
Quinque autem ex eis
erant fatue. et quinque prudentes. Sed
quinque autem fatue acceptis
lampadibus non sumpserunt oleum
secum. Prudentes
vero acceperunt oleum
in vasis suis cum
lampadibus. Moram
autem faciente sponso
dormierunt omnes et dormierunt. Media
autem nocte clamor factus est: ecce sponsus
venit exite obviam
ei. Tunc surrexerunt
omnes virgines
ille: et ornaverunt
lampades suas. Fatue autem sapientibus
dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades
nostre extinguuntur. Respondent prude